

6087 | itinera per eos a|gros sunt erunt fueruntve⁷⁵, eae viae eique limi-
tes | eaque itinera publica sunt.

LXXIX. Qui fluvi rivi fontes lacus aquae stagna paludes | sunt in
agro, qui colon.⁷⁶ h[ut]usc. colon. divisus || erit, ad eos rivos fontes lacus
aquasque⁷⁷ sta|gna paludes itus actus aquae haustus iis item | esto,
qui eum agrum habebunt possidebunt, uti | iis fuit, qui eum agrum
habuerunt possederunt. | Itemque iis, qui eum agrum habent possident
ha|bent possidebunt, itineris aquarum lex ius|que esto.

LXXX. Quot cuique negotii publice in colon. de decur. sen|tentia
datum erit, is cui negotium datum erit ejus rei rationem decurionib. red-
dito referto|que in dieb. CL proxumis⁷⁸ it negotium confecerit | qui-
busve it negotium gerere desierit, quot eius | fieri poterit s. d. m.⁷³

LXXXI. Quicumque Ævir. aed.ve colou. Iul. erunt, ii scribis | suis,
qui pecuniam publicam colonorumque | rationes scripturus erit, ante-
quam tabulas | publicas scribet tractetve, in contione palam | luci nun-
dinis in forum ius iurandum adigi|to⁷⁹ per Iovem deosque Penates cese
c pecuniam pu|blicam eius colon. concustoditurum rationes|que veras ha-
c biturum esse, u. q. r. f. e. v.⁸⁰ s. d. m.⁷³, ne|que se fraudem per litteras
c facturum esse sc. d. m.⁸¹ Uti quisque scriba ita iuraverit, in tabulas |
publicas referatur facito. Qui ita non iurave|rit, is tabulas publicas ne
scribito neve aes | apparitorium mercedemque ob e. r.⁸² kapito. | Qui ius
iurandum non adegerit, ei HS lco mul|tae⁸³ esto, eiusq. pecuniae cui
volet petitio per|secutio ex h. l. esto.

LXXXII. Qui agri quaeque silvae quaeq. aedificia c. c. G. I.⁵⁷, |
quibus publice utantur, data adtributa e|runt, ne quis eos agros neve eas
silvas ven|dito neve locato longius quam in quinquen|nium, neve ad decuriones
referto neve decu|rionum consultum facito, quo ei agri eaeve |
silvae veneant aliterve locentur. Neve si ve|nierint, itcirco minus c. G.
Iul.²⁷ sunt. Quique iis | rebus fruc[t]us⁸⁴ erit, quot se emisse dicat, is in |
iuga sing. inque annos sing. HS C⁸⁵ c. c. G. Iul.⁵⁷ d. d.⁵⁹ || [esto, eiusque
pecuniae cui volet petitio persecutioque ex hac lege esto.]

*(Deest tabula, vel potius tabulae pars dimidia, quae continebat capita legis
ab octogesimo tertio ad nonagesimum.)*

[**XCI.** Si quis ex hac lege decurio augur pontifex coloniae Genetivae
Iuliae factus creatusve] erit, tum quicumque decurio augur pontifex hu-
iusque | col. domicilium in ea col. oppido propiusve it oppidum p. ∞⁸⁶ |
non habebit annis V proxumis, unde pignus eius quot satis | sit capi pos-

75) Fortasse scr. quique limites per eos agros sunt erunt (Momms.). — 76) Colonis. — 77) Scr. aquas. — 78) Inserere quibus. — 79) De re cf. Mommsen Eph. ep. 3 p. 108. — 80) Uti quod recte factum esse volet. — 81) Scientem dolo malo. — 82) Eam rem. — 83) Scr. multa. — 84) fructus aes. — 85) Centum. — 86) Passus mille. De re cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 134.